

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Contra peccata oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Multa ac varia sunt delicta lingue, pericula induicta, ac dāna multiplicia, ideo sepe numero orandum est, ac propositum bonum renouandum contra lingue incontinentiam. Qui enim in lingua non delinquit teste S. Iacobus, perfectus est vir. Et qui lingua Iacobus incontinentis est, huic nulla est religio.

Adhersus incontinentiam lingua & sensuum, precatio.

**D**ominus Deus meus lego & experior, quanta est infirmitas, quanta lubricitas in linguae: da mihi gratiam frenandi & continendi linguam meam. Domine Deus meus, quoties proposui renrenare linguam, ut non dicerem, nisi quæ ad necessitatem meam, aut proximi essent edificationem? & non emendauit me nec institutum seruauit. Legimus quantum gratiam his præbueristi amabilis Iesu, qui à loquendo abstinerunt, donec utiliter loqui didicerunt. Quantum placuit tibi silentium in Catharina Senensi, in Maria de Oegenes? &c. Domine Iesu, eripe me à lingua mea. O si, dulcis Domine Deus meus, dares mihi gratiam hanc, ut non soluerem linguam meam ad loquendum, nisi in laudem & honorem tui, aut pro benefacito tuo! Da mihi Domine DEVS linguam mutam ad omnia mundana, vana, mala & ociosa. Conclude linguam meam, obtura aures meas, purum fac cor meum & incontaminatum ab omni detractione, ab omni murmuratione, ab omni derisione, ab omni carnalitate, ab omni vanitate, ab omni scurrilitate, dulcis Domine Deus meus. Iesu piissime, da mihi linguam secundum linguam tuam, aures secundum aures tuas, cor secundum cor tuum, & omnia membrorum secundum membra tua, ut gratia tua ducente, merear te imitari, tibi merear conformari, per te merear præseruari, tuo lumine dirigi, tui amore ascendere, tua custodia protegi, tuis virtutibus ditarj, tuis meritis saluari, Amen.

Orationes hec dua contra peccata frequentanda sunt: præcipue ab his, qui sunt in conflitu vitorum.

**M**itissime atq; misericordissime Iesu, obsecro te per cruenta, roseatq; vulnera tua, per omnes dolores ac penas tuas, per amarissimam mortem, & per omnia merita ac intercessiones beatissimæ virginis Mariæ matris tuæ & omnium sanctorum tuorum, libera & custodi me à superbia, inuidia, a cœdia, & omni peccato. Da mihi ex toto corde meo te diligere, & voluntatem tuam perfectissimam in omnibus implere, Amen.

Ad B. virginem Mariam ipso temptationis tempore, precatio.

**O** purissima, nobilissima, atq; speciosissima omnium virginum, dignissima Dei mater virgo Maria, obsecro te per profundissimam humilitatem tuam, per sanctissimam castissimamq; puritatem, & per feruentissimam charitatem tuam, per q; omnia dona, virtutes & gratias, quibus ornata es à Deo, ut sis dignissima eius mater, recipere me in custodiam & amorem piissimi materni cordis tui, tanquam filium licet indignissimus sum, & impetra mihi tui amorē sanctissimum atq; castissimum. Impetra mihi perfectissimam humilitatem, castitatem, charitatem, & ceteras virtutes omnes, quibus tu placueristi Deo. Impetra etiā mihi, ut per singularem misericordiam filij tui, per merita passionis eius, & per iugem contritionem peccatorum meorum in hac vita totus purificari merear ab omnibus vitijs & peccatis meis, ut post hanc vitam fine dilatione ad vitam recipar sempiternam. Et propere o dulcissima domi-